

Johann Quistorp


**Rector Academiae Rostochiensis Johannes Quistorpius S.S. Theologiae Doctor,
Professor ... Ad Exequias quae Viro ... Dn. Simoni Toelmanno I. U: D. &
Professori eximio. ... Omnes omnium ordinum Cives invitat : [P. P. Rostochiii
XVII. Decembris Anno 1630.]**

Rostochi[i]: Pedanus, 1630

<http://purl.uni-rostock.de/rosdok/ppn755916255>

Druck Freier  Zugang





KL-241(4)¹

Oldendorp: Warhafftige entschul-
dinge. Rostock, 1533

wurde aus dem Band gelöst.

Steht bei Rara -

KL-241. (4.) <SON>

bestrahlt 2000

37 183

RECTOR
Academiæ Rostochiensis
JOHANNES QUISTORPIUS
S. S. Theologiæ Doctor, Professor
& Ecclesiastes.

Ad
Exequias
que
Viro Amplissimo, Consultissimo, Ex-
cellentissimo,

DN. SIMONI

T O E L M A N N O J. U. D.
& Professori eximio.

ab Agnatis
Ad hodiernam mediam primam in templo
Jacobæo parabuntur,

Omnes omnium ordinum Cives
invitat.

R O S T O C H I
Typis Joachimi Pedani, Acad. Typ.
Anno M. DC. XXX,

1827

Rostock
 Joh. Simon
 & Co.
 Rostock
 Dr. Simon
 T. C. F. M. A. N. O. F. I. D.
 & P. R. O. F. E. S. S. O. R.
 al. N. o. 1
 Al. N. o. 1
 Jac. C. F. M. A. N. O. F. I. D.
 & P. R. O. F. E. S. S. O. R.
 al. N. o. 1
 Jac. C. F. M. A. N. O. F. I. D.
 & P. R. O. F. E. S. S. O. R.
 al. N. o. 1

185
RECTOR
Academiae Rostochiensis
JOHANNES
QUISTORPIUS

S. S. Theologiae Doctor, Professor
& Ecclesiastes.



Usta hodie fient Dno.
SIMONI TOELMANNO
J. U. D. eximio, Viro ab erudi-
tione Excellenti, multijugâ le-
ctione, memoriâ tenacissimâ, ex-
perientiâ Variâ, lucubrationi-
bus continuis, commendatissi-
mo: Cui literis immori, & ju-
ventutis commodis servire vita fuit. Justa inquam fient
huic Viro. Qui Stralsundij Anno post natum Salvato-
rem 1563. ipsis Calendis Januarij, honestissimis natus
est parentibus. Patrem habuit Virum Amplissimum
& Prudentissimum Dnm. SIMONEM TOEL-
MANNUM illius Reipublicæ, dum viveret Senato-
rem Spectatissimum. Is nullis parcens sumptibus, fili-
um hunc suum, a prima pueritia, illis, qui tum in schola
patria juventutem bonas literas docebant, formandum
commisit Magistris. Sub quibus, cum Latinae & Graecae
linguae elementa, juxta cum Logicis imbibisset, ætatis
anno decimo tertio Argentoratum missus, & Dno. M.

A 2

Contra-

881
Conrado Dasypodio Mathematico commissus est, cujus non solum utebatur convictu, sed & eundem bonam Euclidis partem explicantem audiebat, ibidem M. Davidi VVolkensteinio Astronomiam proponenti, Johanni Seurmio & Melchiori Junio Ciceronem explicantibus, Johanni Ludovico Havvenreicero Aristotelis organon proponenti ingem dedit operam. Nec id sine fructu. Quum enim eruditionis sibi partem parasset, ab illustri Dno. Philippo, Dni. Hermanni Simonis Filio, comite Lippiano accersitus, vocanti paruit, & in arcem Pyrmontanam Westphaliae concessit. Verum quia a vita aulica animus abhorrebat, relicta aula, in qua ad paucos solum menses substiterat, in Galliam profectus est; ubi, postquam illa jure consultorum lumina Dnm. Franciscum Horomannum & Dnm. Jacobum Cujacium vidisset, & Biturigibus aliquantisper commoratus fuisset, patris literis in Germaniam revocatus. denuo Argentinam venit. Alebat illa eo tempore trigam juris Antistitum celeberrimam, Dnm. Georgium Obrechtum, Dnm. Laurentium Tuppium, Dnm. Hubertum Gifanium, horum ille usus informatione, non leviter, & a primis labris sacra themidos degustavit. Inde in Patriam retractus, cum mox pestis saevire inciperet, huc Rostochium venit: & Dnm. Bartholomeum Clingium, Dnm. Henricum Camerarium J. Consultos Eximios, docentes audivit, & Dni. Christophori Seurzij J. Cti. Clarissimi, privatis disputationibus interfuit. Hinc parentum indultu in Italiam perrexit. Patavij magni nominis J. Ctos. Dnm. Jacobum Menochium, & Dnm. Guidonem Pancirolium praeceptores habuit. Apud Senates quoq; in Hetruria nomen suum inter eos qui juris studijs litant professus est. Perlustrata deinde
Bono

187
Bononiâ, Florentiâ, Pisis, Româ, Neapoli, Puteolis,
Baijs, Cumis, Capuâ, Flaminiâ, Spoleto, Piceno, Lau-
reto, Anconâ, Senogalliâ, Arimino, Ravennâ, Vene-
tius iterata vice, Mantuâ, Bergamo, Brixîâ, Mediolano,
Liguriâ, Insubribus subalpinis, per Sabaudos & Helve-
tios, Basileam vicissim Argentoratum venit. Inde in
Belgium perrexit, Lugduni Batavorum substitit; Ju-
stum Lipsium, Hugonem Donellum, Lubertum Hon-
radium viros antiquitatis & juris scientiâ famigeratissi-
mos audivit. Inde Bellicis invalescentibus turbis, Co-
loniam Agrippinam se contulit. Quem autem ex tot
tantorum virorum informatione, cum illis conversati-
one, & ex harum quas diximus regionum ac Urbium
perlustratione, magnum sibi eruditionis & experien-
tiæ thesaurum comparasset, ceu Ulysses Homericus.

Εἶδος παρτίης τῆ δόλης καὶ μῆδεα πικρὰ

tandem conquisitas merces exponere, & cum alijs
communicare constituit. Coloniae igitur Agrippinae
Anno post Christum natum 1587, ætatis suæ 24, pe-
dem fixit: dignusq; statim judicatus fuit, qui collegio
juris ascriberetur. Ibidem MARGARETAM
VVILKENHAUSEN Spectatissimi Viri Dni. A-
dami Gruteri viduam, vitæ sibi sociam elegit, & cum ea-
dem, quæ ipsum quatuor liberorum, in infantia mo-
rtis violentia statim abreptorum matrem fecerat, integros
triginta tres annos, matronium concors coluit. Virtu-
tis ac eruditionis præmia Doctoreos Titulos, apud
Marpurgenses anno 1588, petijt, & a censoribus acu-
tissimis, Dno. Hermanno Vulteio, Decano, ejusq; colle-
gis, Dno. Reinerio Sixtino, Dno. Nicolao Vigelio, Dno. Her-

A. 3.

manuo


anno *Lersnero*, Dno. *Philippo Matthæo*, J. C. tis. Excellen-
tissimis impetravit. Hoc ille honore insignis, ad suos
Coloniam Agrippinam redijt & ibidem ijs, qui ejus o-
peram requirebant, per integros tredecim annos infer-
vijt. Ut autem magna lumina lucem suam longè latèq;
diffundunt, ita nec Hic Noster multi jugæ eruditionis
splendore fulgens, latè reposuit. Radij ejus latissimè
diffusi, liberæ Imperialis Reipublicæ Augustæ Vindelico-
rum Antistites permoverunt, ut eum, in Consiliari-
orum & Advocatorum suæ Reipublicæ numerum, Co-
loniâ ad se evocarent. Vocantibus eam cum primis ob
causam, Hic Noster paruit, quod sibi apud eos Evange-
licam puriorem doctrinam libere profiteri cerneret.
Ipsosq; viginti continuos annos, reipub. huic, fideliter
& laudabiliter suam impendit operam. Eodem quoq;
tempore simul, aliquot Principum, Comitum, Nobi-
lium, & rerum publicarum in Suevia, Bavaria, Franco-
niâ, Alsatia clientelas gessit. Quum autem Magnus
& Consultissimus Vir Dn. *Johannes Damannus*, J. C. tis.
Hansæ Teutonicæ & Urbis Rostochiensis Syndicus,
Vir accuratissimi judicij, Suada & Siren Germanica,
magno cum damno, hujus & reliquarum Hansaticarum
civitatum rebus humanis valedixisset, ab Amplissimo
hujus Urbis senatu, dignus judicatus fuit Macarites
Noster qui tanto viro succederet, quem Augusta Vin-
delicorum huc evocatum, anno 1620, mense januario
hæc Respublica Syndicum habere cœpit. Quoniam au-
tem ætas ingravescens, & tot annorum vigilijs ac labo-
ribus fractæ vires, à tumultibus illis reipublicæ libe-
ram vitam, & otio literario frui optabant, ad Professi-
onem juridicam, Noster Hic adhibitus fuit Anno 1625.
Quam


182
Quam ille Provinciam, eâ diligentia, publicè ac priva-
tim docendo & disputando ornavit, ut studiosis vehe-
mentissimum sui desiderium reliquerit. Quia quoq;
anni illum comedie, in hac mundi scena actæ, catastro-
phen meditari jubebant, præter Græcos & Latinos o-
ptimæ notæ autores, quos per omnem vitam sibi fami-
liares fecerat, quibusq; ita instructus erat, ut rem libra-
riam copiosorem, & elegantiore, in hac quidem
Academia, & Provincia nemo habeat, cum primis Psal-
morum Davidicorum lectione se delectabat, quos sin-
gulis mensibus integros repetebat, & in illa quidem
lingua, quod merito in Juris Consulto mireris, in
qua à Psalte concepti sunt. Ut enim Hic Noster Latinæ
& Græcæ, ita & Hebrææ linguæ erat callendissimus: Et
ut cum Gallis Gallicè, cum Hispanis Hispanice, cum
Italibus Italice, cum Anglis Anglice, ita cum Rege He-
braico, Hebraice loquebatur. Constantis per omnem
vitam fuit valetudinis, & nullos vel capitis, vel aliorum
corporis membrorum, nisi ante biennium demum sen-
sit dolores. Tum primum morbus pedes occupare, &
investare cepit; qui ut eum domi desidere cõegit, ita ta-
men impedire non potuit, quin privatim suo defunge-
retur officio, & juventutem animo discendi acceden-
tem, docendo juvaret.

Quin tandem hujus mensis Decembris die,
catharrus suffocativus eum invasit, qui i-
psum & lecto affixit, & vitæ finem duodecimo
hujus mensis die, circa tertiam matutinam at-
tulit, postquam in hac vita annos sexaginta se-
ptem



ptem commoratus fuisset. Luger nostra hæc
Academia, hunc sibi eruditionis variæ thesaurū
ereptum: Et ut qui sunt Academiæ membra
Domini Professores, Doctores, Verbi ministri,
Studiofi se verè lugere doceant, frequentes ex-
uvias coporis in Templo Divi Jacobi ad hodi-
ernam mediam primam mandandas, comitan-
do testatum facient. Quod ut à singulis fiat a-
mice eos rogo & hortor. P, P, Rostochij XVII.
Decembris Anno 1630.











Quidem diversæ passim Philosophiæ
circumferuntur descriptiones, quas
singulas, & recensere, longum; & ad
rationis, in præsentiarum, libellam re-
vocare, tædiosum foret. Antiquissi-
mam ego primâ facio: tanquã à Philo-
sophorū, quos habemus, Primate la-
tã, omniumque, rectè philosophanti-
um, calculò, hactenus approbatã Pla-
tonis ea est, digna profectò Authore,
abus tantum voculis, **MEDITATIONE**, puta,
lvatur. Censebat Divinus ille Vir, tantò nos eva-
es, quantò vivaciùs consideremus mortem. Ne-
ipso falsus est, cùm, quodcunque in Philoso-
pho, circa mortis meditationem reperiamus. Mor-
tè, quæ rectam vivendi rationem monstrat, atque
vitæ, quales esse in morte desideramus. Ea, animum
quæ à verò nos abducere, aut aliquam, nomini
m notam inurere possunt. Ea est, quæ do-
m, timorem pellit, tranquillitatem inducit;
s casuum animum varietates firmat, adversus
reddit, quando omnia ab eodem impedi-
tantò paratior sit, sicubi res exiget, statim
quando est faciendum, statim exire, quo ali-
ndum, tabernaculo suo. Quæ enim ista mort-
st, aut socordia, cùm cognati simus DEO, cùm
terris animal, præter hominem, cognitione.
DE